

aequaliter diuisi spacij intra .q.e. eam tangent summe eminentie ille narium, et inna auricula. Deinceps diuide .t.y. linea .x. per medium, eam attinget summum mentum. Deinceps diuides .t.x. linea .v. per medium, quae transibit per buccam mediam. Deinceps diuides .t.v. in tria aequalia spacia, in quorum infimum pones labrum superius. verum alijs duobus inscribes illam sub naso quam diximus quasi cannulam, a graecis phyltrum dici inuenio. Idem .v.x. diuides in partes duas, quarum superiori labrum includes inferi, inferiori dicam nympham illam intra labrum et mentum valliculam.

Post haec obliquam duces diagonion ex angulo quem faciunt lineae .c.p. ad angulum a.y. quam intra quidem .p.q. frons transcendet, nasus autem subter descendet intra .q.t.

His ita confectis, prox: constitutum quadrilaterum aggrediere illud et ipsum insignies transuersis lineis indicio transferentis, et duorum quidem laterum longiorum vnum litera notabis .a. alterum litera .b. Deinceps perpendiculares inscribes nouem, quib. totum illud spacium intra .a.b. diuides in decem aequalia spacia, haec et ipsa totidem literarum notis discernentur, nempe, d.e.f.g.h.i.k.l.m. Deinceps diuides .a.d. et .m.b. atqz duabus lineis .c.n. vtraqz per medium.


Atqz ita omnibus dispositis et designatis partib. faciei, in praeparata quadrilatera formam consequenter exprimes, sed tenuiorib. lineamentis et quasi molliorib. minusqz validis qz fuere virilium imaginum. Primum obliquum caput ita deduces, uti summum attingat lineam transuersam .n. iuxta perpendicularem .j. vtrqz occiput incumbat in latus .b. intra .p.q. Tum deinceps inscribes, sinciput, frontem, nasum, buccam, mentum, genas, aures, oculos, patentem frontem, singula suis ante notatis sedibus collum autem addensabis in vna m. 14.

Moxy effinges etiam aduersum caput, sic uti summum mediam lineam .n. radat, tempora autem descendant ad .a. b. latera, quibus vtrinqz applicentur intra .p.q. postea deducatur maxillarum rotundatio ab perpendicularib. .c.n. Sub transuersa .r. dum in mento coeat. Ambae aures exprimantur intra .a.c. et .n.b. et transuersas .q.s. Sed imae auriculae declinantes hinc vltra .c. illinc vltra .n. porrigantur. Tum deinceps collum ab auribus deducatur, ad inferius vsqz latus .y. ibidemqz latitudinem habeat vnus .15. Postea aperiat frons vtrinqz intra perpendiculares .a.c. et .n.b. et transuersas .p.q. Radices autem capillorum describantur ex angulo .h.p. vtrinqz sursum in medio .p.o. transuersarum. Deuili sic imponantur ut angulos definiant lineae .e.g. et .i.l. Supercilia in .f.k. transcendant media transuersam .q. et vtrinqz iuxta tempora desinant intra perpendiculares .d.e. et .l.m. Deinceps nasus inscribatur, sed narium eminentes vtrinqz quasi tubuli, cohibeantur a perpendicularib. .g.i. hinc et illinc, ad quas quidem anguli buccae penitus attingent.

Post haec, inqz illud, quod restat quadrilaterum, simile isti in quo aduersum est caput effictum, impones capitis auersi figuram, et formationem. Atqz ita tandem ad illam projectionem in planum, et superficies singularum altitudinis partium exquirendas accedes, ea prorsus via qua ingrediendum tibi esse supra ostendimus, in tractatione capitis virilis.

Atqz haec vniuersa ea diligentia et attentione studui in exemplis proponere, ut sine scriptura quoqz praecipuum facile intelligi a modo non penitus excordib. posse confidam.

Ecce in exaltando muliebri capite, sequere quidem supra in virili ostensam rationem, sed eam tamen moderabere, pro eo ac debent minus grandia apparere huius sexus omnia.



His imaginib: vtriusqz sexus adultorum corporu adiciam et cetatis corpusculi descriptione. Cuius ratio erit superiorum similis, ut ante ostendi, ita etiam hoc loco proponendae erunt longitudinis et formae obliquae, altera aduersae, auersae, tertia. His supra inscribes apponentur, quarum superioris nota esto .a. inferioris .3. Atqz nes corpusculi transuersis lineis discernentur hoc modo Propositum spacium occupent corpusculi a summo capite ad imam plantam .a. plantae .3. primum metiere a summo capite, quod sinciput dices transuersam vnam .b. haec scindet inum collum a capite per includes in quadratum quo caput comprehendatur, quod placet suas partes describere priusqz ad alias mesuraciones accederem. E drati latus rectum illud qua nasus spectat siue prius, itidem .a. al. Exquires autem primum altitudines partium notatione transuersis quoqz imaginib. praecipimus, ducesqz vna ab .a. transuersa ea tanget summam extremamqz frontem. Moxy ab .a. vna .16. du transibit per capitis verticem. A qua vna .6. ducito aliam transuersam inum mentum et commissionem occipitij cum ceruice. Et ad ha summe scapulae. Nam ita fit de circumductione colli, cum illud